

sonalia post pubertatem emissa irritare: ut dicimus num. sequenti. At datus majori prodigo neutrum potest. Quia solis bonis administrandis datur. Potestus est. Ille potest irritare vota realia emissa a minori etiam tempore, quo extra suam curam erat, sed patris, vel alterius curatoris. Hic autem minime id potest, sed sola tempore sue curae, vel alterius similis curatoris dati et majori prodigo, cui ipse succedit. Quia non succedit in eadem materia potestatem patris, aut curatoris dati minori: sed est diversae rationis cura- tor.

69 Tandem circa vota personalia puberum minorum prae- dicantia gubernationi domesticae, quae irritari posse a patre diximus num. 16. est idem dicendum de curatore. Quia succedit in plenas patris vices. Et ita docent Navarr. summa c. 12. Hispania num. 65. Latina num. 64. versicul. Tertio prae- supponimus, Vivaldus candelabro sacram. 5. p. c. 14. num. 99. Emmanuel Sa in summa, verb. votum, ubi de votorum irritatio- ne num. 1. Quare cautè dixit Suarez, tomo 2. de religione, tract. de voto, lib. 6. c. 6. num. ult. curatores non posse lo- quendo per se vota personalia puberum irritare.

70 Quod si plures sint impuberis tutores, aut plures pu- beris curatores, poterit quilibet vota eorum irritare. Quia non est potior ratio de uno, quam de alio. Ita Sylv. verb. Religio 2. q. 13. Suarez eodem l. 6. c. 6. num. 22. Et uter- que bene ait potiorum esse conditionem prohibentis, seu ir- ritantis. Quia quilibet habet sufficientem potestatem, quae per alium impediri nequit.

71 Hinc deducitur, ambobus simul irritantibus, & alter sit verus tutor, aut sit verus curator, alter autem falsus, va- lere irritationem. Quod constat ex l. 2. versic. Sed Emponimus, ff. quod falso tutor, ubi dicitur valere contractum pupilli auctoritate duplicis tutoris inicum, quorum alter solus erat verus. Quia sola hujus auctoritas sufficiebat. Ex quo textu colligitur Auctores, non obitare valori actus, quod ad ipsum non exigitur, quamvis inutiliter fiat.

72 Nec vota, quae hucusque diximus, posse a curatoribus irritari, si irritentur, reuoluntate soluta eorum potestate. Quod contra alios probauimus c. 26. n. 5.

73 Hactenus de tutoribus, & curatore diximus. Superest de matre disputandum. De qua nulla est difficultas, quando est tutrix, aut curatrix filiorum: poterit enim irritare vota, eodem profus modo, quo alii tutores, & curatores. Cum eodem fungatur officio. At non est ipso facto tutrix aut cu- ratrix, etiam nullus tutor, aut curator sit. Sed habet jus pen- dente tutelae à iudice, qui eam assignare debet praestito iuramento, vel cautione quarundam rerum legibus praescripta- rum, Constat ex authent. Matr. c. avia, c. quando mulier tutela officio fungi potest, c. ex regis, l. 4. c. 9. tit. 16. p. 6. c. l. regia 95. tit. 18. par. 3.

74 Difficultas ergo est, quando non est assignata tutrix, aut curatrix filiorum. Quidam hanc potestatem matri negant. Ducuntur, quod idem potestatis irritandi concedatur, quia habet filios sub sua potestate. Ut tradit D. Thom. 2. 2. q. 189. art. 5. corpore. At mater non habet filios sub sua po- testate. Ut constat ex §. Fama, instituta de adoptione, c. 2. l. regia 2. c. 8. tit. 17. par. quarta. Hujus sententiae videtur clarè Paludanus 4. disticti. 38. quaestio quarta, ar- ticulo 2. num. 26. conclusioe 8. D. Anton. 1. p. tit. 11. c. 2. §. 6. versic. Secundo patri, Sylvester verbo Relig. 2. quest. 13. ubi haec ajunt. Cum impubes habet patrem, pater potest ipsum reuocare à religione, non autem mater nolente patre: Patre autem mortuo, tunc mater, c. avia, si habent tutelam eius, ut qui non transierunt ad secunda vota. Quia tunc non possunt, cum perdant tutelam. Et expresse tenet Vivaldus candelabro sacramentorum 3. par. cap. 14. num. 97. ubi haec ait. Nequis mater irritare vota filiorum, nisi sit tutrix. Idem expresse do- cet Tapia authent. Ingressi, verbo Ingressi, cap. 6. numero 49. C. de sacro, Eccles. c. eodem cap. 6. num. 51. Et melius 207. tomo primo, institutionum moralium, lib. 11. cap. 17. quest. 7. in fine, ubi haec ait. Nequis mater ut mater, mortuo patre irri- tare vota filiorum, nisi sit tutrix, potest, non quatenus mater, sed quatenus tutrix. Eiusdem sententiae videtur clarè alii concedentes hanc potestatem matri, si tutrix sit, quare vi- dentur à contrario sententiam denegare, quando non est tu- trix. Hi sunt Sylvester verbo Verum 2. quaestio 2. dicto 1. Nav. summa Latina, c. Hispania cap. 12. num. 64. Beza in suis res- ponsis 1. par. casu 49. versic. Item secundò differunt, Angles sibi- bus 2. p. quaestio aut: de voto, artic. 7. post difficultatem 12. in dubio 4. Ludovicus Lopez, 1. par. Instructioe conscientia cap. 47. columna 2. versic. Irritantes legitimi: c. columna, 3. versic. Pa- ter, c. mater, Gressi 1. par. decisioeum, l. 2. cap. 29. num. 2. in initio. Et eisdem sententiae est clarè Leonardus lib. 2. de iustitia cap. 46. dubio 16. numero 37. ubi cum dixisset patrem, & tutorem posse impuberum vota irritare: subdit haec: Mater tamen non potest, nisi mortuo patre sit loco tutoris. Quia non ipsa, sed tutor habet patriam potestatem. Pro eadem sen- tentia sunt Doctores dicentes, matrem non posse filium impuberem offerre religioni, eò quòd non habeat illum in potestate. Quos retuli hoc libro 4. capite 18. numero 18.

75 Alii verò censent, posse matrem adhuc patre viuente vota haec irritare. Ducuntur primo, quia Inno. & multalii Auctores, quos retuli hoc lib. 4. cap. 18. num. 19. ajunt ali- quibus textibus inmixta potestatem offerendi filii impuberis re- ligioni, ac ipsius reuocandi competere aequè patri ac matri:

nec obitare soli patri competere patriam in filios potestatem quia (inquunt) in his spiritualibus potestas ratio naturalis impedanda est, quam civilis, & patria potestas est iure civili induda: iure autem naturali tenetur filius utriusque parenti obedire, & sub utriusque cura est. Quod etiam figurate videtur, D. Thom. 2. 2. quest. 189. artic. 5. corpore, ubi 2. Et quia puri naturaliter sunt in potestate patris quantum ad dispo- sitionem sua vita, poterit pater eorum eorum reuocare. Ubi expen- dit ea verba: Naturaliter sunt in potestate patris: non enim ad potestatem civilem, sed ad naturalem configit; quae cum matri quoque communis sit, idem erit matri concedendum. Secundo, quia mater potest quousque tempore praecipere filio, ipsi quoque occupare. Quam rationem tradit D. Thom. 2. 2. quest. 88. artic. 8. ad 3. c. 4. 4. 38. quest. 1. artic. 1. qua- siuncula ultima ad 3. ut praelatus possit vota religioni irri- tare, & vir uxoris. Tertio quia lib. 1. de matrimonio, dis- putat. 23. num. 9. cum multis defendimus posse matrem praesente filio tacente, inire nomine illius valida sponsalia, & matrimonium, idque non esse solius patris. Quarto, quia D. Thom. opusculo 17. cap. 13. ad 10. c. Sotus lib. 7. de iustitia. 7. 3. artic. 1. columna 3. versicul. Sescitaris aut ajunt, posse pa- rentes irritare vota filiorum, nec diffinere, an viuat patres, necne, sed indistinctè loquuntur. Et lex regia 3. titul. 8. p. 1. videtur clarè hujus sententiae, ubi: Et que non fuerit eadè, non puet facer tal promerimento à meos de mandado de su pa- dre, o de su madre, o de su guardador. Ubi aperte equiparat matrem patri, ac curatori. Idem ferè aperte sentit Philari- cus de officio sacerdotis, tomo primo p. 2. lib. 3. capite quarto, paulo post principium, ubi haec ait: Irritare pertinet ad patrem, matrem, & tutorem. Et Margarita confessorum, ubi de irrita- tione votorum, ff. 134. col. 2. ubi: Potest mater omnia vota im- puberis irritare.

76 Tandem alii Doctores non ita late potestatem hanc concedunt matri, sed cum aliquo temperamento. Sic Cor- thusianus c. 30. Numerorum, paulo post principium, versic. De- nique quia, videri, ubi haec ait: Certum est, quod pater est principalis in regimine domus, euraque solus, sed eo defuncto, ir- recuperabiliter subtrahit, manet proles sub cura, & regimine matris. Signo apparet, quod in ea existit auctoritas reuocandi vota solius iuramentum, & votum. Ubi in solo mortis, aut irrecuperabilis absentia: paternam casu id concedit matri. Et videtur loqui, quando in neutro casu est tutor, cui im- puberis cura sit commissa. Et Vivaldus candelabro sacram. 3. p. c. 14. num. 97. ubi haec ait: Si pater esset in India, mater, qui habet administrationem bonorum, possit irritare vota; quia censetur sicut tutrix. Ubi in tam diuturna patris absentia, & quando non est tutor, cui administratio bonorum concessa sit, id admittit. Et Emmanuel Sa in summa, verbo votum, ubi de irritatione votorum numero primo, ubi haec ait: Potest mater, si tutrix sit, imò secundum quosdam, etiam non sit tutrix impuberis, nec sit curatrix puberis, mortuo patre impuberis om- nia, & puberis realia vota irritare; non autem personalia sibi non praedictans. Ubi solum mortuo patre hanc potestatem con- cedit matri. Et Manuel 2. tomo summa cap. 91. num. 10. con- clusione 9. ubi haec ait: Et primo potest, quae tenet ad patrem de su marito, principaliter quando pro su tutora. Ubi clarè idem videtur dicere, etiam non sit tutrix, & solum post obitum patris id matri concedit. Atque idem est eisdem prolixius verbis docent Stanica de voto 3. num. 95. V. n. 2. tomo sum- ma cap. 119. casu 96. in fine, & Sayro in clavi regia, lib. 6. cap. 10. num. ultimo haec ait: Non potest mater viuo aut mortuo patre, nisi sit tutrix, irritare vota. Quod si nec tutores, nec cu- ratores sit, succedit mater, atque ea omnia poterit, quia pater, & tutores circa vota personalia, & realia, potest, & matre deficiente succedit auia. Ubi petit patri obitum, & nullam esse tutorem.

77 Sed in hac difficulti quaestione meam sententiam aliqui- bus conclusionibus explicabo. Prima conclusio fit. Mater, quae filiorum curatrix non est instituta, nullam potestatem habet circa realia puberum vota. Haec est contra aliquos Do- ctores num. 75. c. num. praecedenti allegatos, quorum senten- tiam in hoc ibi retuli. Et pro hac conclusione sunt Doctores, quos num. 74. retuli, negantes matri potestatem irri- tandi vota. Et tenet expresse Suarez, tomo 2. de religione, tra- ctatu de voto, lib. 6. c. 5. in fine. Ducor, quod nec ipsi patri competat haec potestas, quando administrationem bonorum filii non habet. Ut probauimus num. 41. c. 42. Sed mater non curatrix nullam administrationem bonorum filii puberis ha- bet, sed ea vota deficiente patre ad curatorem pertinetque quod est ipso facto curatrix, nisi instituta. Ut probauimus num. 73. Quod si mater viuente admittret bona illa, id qui- dem est sola puberis voluntate contingit, ac proinde in nulla bonorum dispositione potest ad illa, si cum non penderet ab economo, cui eam administrationem committeret. Non ergo poterit ea vota irritare.

78 Secunda conclusio. Mater viuo, aut non longè ab- sente patre, nulla filii impuberis vota potest irritare: nec etiam defuncto patre, si impubes ille tutorem habeat. In hac conclusione conuenio cum Auditoribus num. 74. c. 76. citatis, & est contra Doctores num. 75. relatos. Et loquens, quando viuat pater, aut eo mortuo est datus alius tutor, ce- net Suarez eodem lib. 6. cap. 6. num. 19. c. respicit sequenti. Addidi autem, quando non longè abest pater ab ea, quae dicam

num.

num. 79. Quia in priori casa id patri competit, utpote, qui solus est caput totius domus, & familiae, & habet plenam rerum, & personarum gubernationem. In posteriori autem adest tutor, qui in plenas patris vices succedit. Dixi autem debet irritare. Quia in utroque casu potest voti obliga- tionem suspendere, quando ei vota illa praedictant ex parte materis. Quia potest illum tempore, quo impletur votum, occupare, siquidem lege diuina naturali te- netur ei obedire: cui antiquiori obligationi nequit suo vo- to praedjudicare. Et ita docet Suarez, eodem cap. 6. numero 41. Adhaec forte etiam filio praecipere, posse, ne vo- tum exequatur, donec patrem conueniat. Quia id non excedit limites obedientiae debitae matri. Et placet mihi, Cum tamen id votum non sit irritatum, sed suspensum, obligabit cessante illa occupatione, nisi transactum sit tem- pore, cui adnexum erat. Ut in simili diximus cap. 25. nu- mero 32.

79 Tertia conclusio. Mater potest quouscumque filii impu- beris vota irritare, quando aut pater obest, aut ita longè abest, ut per epistolam consultus nequeat respondere, lon- gissimo tempore expectato: ut si pater esset apud Indos, & mater in Hispania: ac in neutro casu sit aliquis illius impuberis tutor. Atque loquentes, quando pater est mor- tuus, & non est alius tutor, tenent Doctores alii num. 76. relati, ubi eorum sententiam posui. Et Llamas metho- do curatioe 3. p. c. 4. §. 21. Suarez eo c. 6. num. 22. Et quan- do tam longa est absentia, tenent alii relati eo numero 76. Rationem autem reddit Suarez, quòd mortuo patre habeat iure ordinario tutelam filii matris. Sed si velit dicere nul- lo alio relatio à marito tutore habere ipsam jus illius pen- dente, id verum est: si autem velit eam esse ipso facto tu- tricem, non est verum. Sic utrumque probauit numer. 73. At ex eo, quòd habet jus pendente tutela, non sequitur eam posse, quòd tutor potest, donec in illa sit constituta. Quare legitima ratio est, quia est in neutro casu, mortis, aut tam longè absentiae, sit verò tutrix, est tamen eius lo- cus, plenamque impuberis curam gerit, nec alius est, qui imbecillitati iudicii impuberis in votis emittendis consulat. Praeterea, quia non pauci Doctores, ut retulimus num. 75. iudicant id minus competere matri, etiam non ratione por- tatis civilis, quae erga filios caret, ratione tamen potesta- tis naturalis, quam habet in illis. Praeterea, quia mater potest filii operas ministerio alicuius locare. Ut testatur Lucas de Penna, quem refert, & sequitur Greg. Lop. p. 4. tit. 17. in proemio.

80 Nec in hoc distinguo: an mater transferat ad secun- das nuptias, necne, sed in utroque casu exilimo hoc posse, contra aliquos Doctores num. 74. relatos. Quia cum hoc non concedamus matri ratione tutelae, sed quamvis tutrix non sit, nihil referat transitus ad secundas nuptias, per quem perdit tutelam. Et ita alii Doctores merito non distinguunt sed absolute loquuntur. Quamvis Suarez eo num. 22. innuat contrarium: ait enim, quando mater privatur tutela, so- lere dari tutorem, cuius est irritare vota. At fateor dele- re dari, & si detur, iam non posse matrem. At si non de- tur, quia nec mater antea tutrix erat, aut si erat tutrix, non petitur à iudice succedens in tutelam, quae ea privatur poterit utique mater, siue possit, quamvis non esset tu- trix, nullo alio existente tutore.

81 Ultima conclusio. Deficientibus parentibus, & tuto- re pollutant auis, & auis, & reliqui ascendentes propinquo- res irritare omnia vota, quae matri concessimus. Quia est eadem ratio, & hi sunt velut parentes, ac eorum loco, & cum omnibus his tenetur ille impubes obedire. Et ita loquen- tes de auia fatentur Palud. D. Anton. Sylv. relati num. 73. c. Sayro relatus num. 76. Atque idem fatetur Suar. eo num. 22. de auo, & quouscumque ascendenti priori.

82 Demum superest triplex difficultas. Prima est. Uter parens valeat irritare vota filii illegitimi, siue naturalis, siue spurii? Sic distinguendum existimo. Si filius ille tuto- rem, aut curatorem habeat, neuter parens irritare potest, sed id tutori, & curatori incumbet. Ducor, quòd eadem profus ratio sit, ac de matre. Cum illegitimi in neutris potestate sint. Ut constat ex institut. de patria potestate, in principio, & ex l. regia 2. tit. 17. p. 4. ad num. 77. diximus ma- trem legitimam nulla filii vota posse in hoc casu irritare. Si autem filius ille sit impubes, tutoreque careat, & pater ita certus sit, ut teneatur eum alere, poterit irritare quae- cumque eius vota: sicut num. 79. idem diximus in hoc casu de matre legitima. Quia est curat pater potestate civili, habet tamen naturalem, quam in hoc casu sufficere dixi- mus ibi, & non impubes hic delictus remedio maneat. Et idem ratione hujus potestatis naturalis probauit hoc lib. 4. c. 18. num. 20. posse hos filios quantumvis spurios, offerri religio- ni, & ab ea reuocari à parentibus. Quòd idem credo posse matrem, etiam praesente patre, imò majori ratione, quam ipse. Quia uterque aequalis est in non habendo cum filium in potestate: mater autem excedit patrem, quòd sit omnino certa, cum pater valde vota patrem, quòd sit ipse hac ratione dicitur majus jus conferunt matri, quam patri. Quandoquidem mater carens prole legitima, & hu- limum filii, demptis paucis, qui ob speciale parentum de- lictum in hoc puniuntur, sunt necessarij mutuo sibi here- des. Quod nec patri, nec filijs respectu ipsius competit. Ut constat ex l. regia 9. Tauri, hodie l. 7. tit. 8. lib. 5. recopilati- onum.

83 Secunda difficultas est, an dum impubes omnibus as- cendentibus, & tutore est delictus, possint alii ejus vota irritare? Leonardus lib. 2. de iustitia n. 40. dubio 10. num. 78. re- fert quosdam tacito nomine sentire, posse magistrum, vel herum ejus vota irritare: Quia loco parentum habentur. Et ait esse rationi consonum. Suarez, tomo 2. de religione, tractatu de voto lib. 6. c. 6. num. 23. dicit consonum pietati, & rationi, quòd aliqui affirmant, ut si, sub quoque gubernatione tunc esse contingit impuberem, possunt verè ejus vota irritare: quasi in hoc habeant vicem patris, vel tutoris. Et Sayro in clavi regia lib. 6. c. 10. num. 18. in fine, ait posse do- minum uniuersa serui impuberis parentibus orbi vota irri- tare. Quòd rationi consonet, ut scit dominus totam illius serui curam habet, & ita uniuersa illius vota suscipi- ritare possit, eodem profus modo, quo parentes, siuncer- stites essent, possent. Et Suarez eodem num. 23. dicit ratio- ni consonare, & esse magis certum, quam in casu praede- denti. Atque consequenter loquendo, omnes hi idem dice- rent de nutrio infantis expositi impuberis, cuius parentes sunt ignoti.

84 At quamvis hanc sententiam valde piam existimem, & possit aliquis horum Doctorum auctoritate nixus illam consulere, & sequi, non audeo illam approbare. Quia so- lido fundamento caret, solique pietati innititur, quae sufficiens non est ad hanc potestatem dominatiuam aduen- dam. Et idèo alii melius dixere huic impuberi integrum esse votis se adstringere independenter ab alterius volunta- te. Quia sunt omnino sui juris. Hi sunt Paludan. 4. 4. 38. quest. 3. art. 1. num. 9. conclusioe 5. D. Antonius 2. p. tit. 11. cap. 2. §. 6. versic. Secundo patri, Sylvester, verbo votum 4. q. 2. dict. 2. Margarita confessorum, ubi de irritatione votorum, fol. 134. pag. 22.

85 Ultima difficultas. An si minor votum inueniatur lae- sus notabiliter, aut hic impubes, possit aduersus votum, si- cut aduersus alios contractus, relictui? Affirmant Paludan. D. Antonius, Sylvester, & Margarita confessorum, relati num. praecedenti. Quia in omnibus aliis contractibus, quando laesi inueniuntur, possunt relictui. Ut constat ex toto tit. ff. de mi- noribus.

86 At hoc non credo. Et ita eam restitutionem aduersus votum negat Vincentius, quem referunt, & sequuntur Joannes Andr. c. Scriptura, num. 5. de voto, c. ibi Anton. numer. 4. Cardinalis in fine, Ananias num. 4. Sfortias Odo tractatu de in integrum restitutione 2. parte quest. 61. toto art. 6. Tum quia aduersus opus pietatis minor non relictuitur, etiam inter- grum patrimonium in id expendisset. Ut probat idem Sfortias Odo eodem, tractatu parte 1. quest. 23. art. 12. num. 55. Quia cum anima cunctis rebus pretiosior sit, conulens totum patrimonium in hoc non dicitur laesum. Tum etiam quia restitutio hac aduersus votum esset contra Deum petenda, cum quo per votum contrahitur. Et si aduersus patriam, & vel parentes, ratione reuerentiae eis debita denegatur mi- noribus restitutio: multo fortiori ratione est aduersus Deum deneganda. Et facit textus l. Veluti ff. de iustitia, & iure, arguendo ab ordine litterarum. Imò (ut redè ait idem Sfortias Odo eodem, ff. 61. art. 6. in fine) etiam si executioni votum cederet in alicuius privati utilitatem, ut si esset votum elec- mosynae certo pauperi erogandae, non daretur minori resti- tutio; Quia eadem rationes militant.

C A P U T XXXVI.

Qualiter dominis integrum sit vota seruorum ir- ritare?

S U M M A R I U M.

- An dominus possit omnia seruorum vota irritare? Refertur quadam sententia, nu. 1.
- Explicatur sententia Auctoris, num. 2.
- An votum castitatis ancillis valeat dominus irritare? num. 3.
- Quid de voto aliquarum precum? num. 4.
- Quid de voto abstinentiae, seu ieiunij? num. 5.
- Quid de voto praecipuum? num. 6.
- Quid de votis realibus? num. 7. 8. 9. c. 10.
- An valeant irritare vota omnia serui impuberis? Remissimè, nu- mero 11.
- Quid de votis ante seruitutem emissis? Remissimè nu. 12.
- An vota sibi praedictantia possint omnino irritare, an tantum qua- tenus praedictant? num. 13.
- An non solus vir, sed uxor etiam possit irritare vota seruorum? num. 14.
- Quid, si seruus sit filiusam lias? num. 15.
- Quid, si sit pupilli, aut minoris? num. 16.
- Quid, si hi habeant matrem, & careant patre, de tutore? nu- mero 17.

Quid



Quid, si quis sit tunc usufructuarius illius servi? num. 18. Utrius conjugis sit vota irritaria facta divorit? nu. 19. An vota servorum irritaria revocant? num. 20.

Quibuscum placet integrum esse dominis univ[er]sa vota servorum irritare, prater votum castitatis. Ducuntur, quia quocumque aliquid votum exigit tempus aliquod, ut impleatur. At dominus potest servum quocumque tempore occupare. Idem probatur ex l. 2. ff. de pollicitat. ubi: Filius enim familiaris, vel servus, sine patris, dominive auctoritate, vota non obligantur. Huius sententia videtur D. Thom. 2. q. 90. q. 1. art. 1. quæstionibus ultimis ad 3. ubi hæc ait: Sicut et servus non est exemptus aliquo tempore à servitio domini sui, et ideo nullum tempus est ei vacans, quo possit quodlibet facere: et quia omne votum est aliquo tempore complendum: ideo si- cut nec servus, ita nec religiosus aliquid votum emittere potest, absque consensu sui superioris. Imò nullum votum videtur ex- ciperi, cum ex servi impotentia ad votandum independen- ter à domino, atque eius subiectione, argumentum ducat ad probandum subiectionem, & impotentiam religioni: cuius potest prælati dominus, dempto transitu ad strictiorum religionem voto. Et expressè Abulensis c. 30. Nam, quæst. 88. in principio, ait posse dominum irritare omnia servorum vota, quamvis domino non præjudicent: et q. 90. in fine, dicit tunc uti iure suo dominum: ac peccate irritando non præiudicant. Et tenent expressè de omnibus votis, solo castitatis excepto Tablino verbo votum 5. in fine, Petrus de Ledesma 2. tomo summa, tractatu 10. cap. 7. dubio ultimo, dicto 4. Et videtur tenere degen. 2. 2. quæst. 88. articulo 8. volum. 9. vers. De dominis est aliud dubium, folio 100. ubi ait omne votum indigens tempore ad sui ex- ecutionem posse à domino irritari, non autem votum casti- tatis.

Sed dicendum est, ea sola vota à dominis irritari posse, quæ iuri, ac potestati ipsorum, aliqua in parte officiant, & obstant. Ut votum peregrinationis, religionis, &c. Ratio est, quia dominus non est superior, quoad voluntatem servi simpliciter, sed eius in illum potestas est ratione ser- vitutis ei debita. Ergo sola ea vota servituti illi, & iuri in eum obstantia irritare potest. Item quia multa alia vo- ta præter votum castitatis, nullo indigent tempore impe- diente obsequium domini. Ut votum non mentendi, non furandi, diligendi Dei, &c. Huius sententia videtur D. Thom. 2. quæst. 88. art. 8. ad 2. ubi reddens rationem, cur servus nequeat se ad religionem obligare, ait eam esse, quod dominus servitio præiudicaret. Et quæst. 104. art. 5. in fine, cor- ruptis, ubi ait servum teneri domino obedire in solis pertinen- tibus ad servilia opera exequenda. Et in propriis ter- minis docent Inno. c. Scriptura num. 3. de voto, et ibi Hoff. 7. Joann. Andr. sum. 4. Abbas num. 6. Antonius num. 4. vers. Secundo modo, Anchar. num. 7. Cardinalis num. 5. q. 10. Ananias num. 5. Honoratus num. 5. Archid. c. Si quis incognitus 17. q. 2. num. 3. et ibi Bellarmus num. 3. Ferrer. c. Suis quædam 17. quæst. 1. num. 8. Ricardus 4. d. 38. art. 4. quæst. 2. et ibi Duran- dus q. 1. num. 7. Faludan. q. 3. art. 1. num. 7. conclusione 3. et ibi Supplementum Gabrielis qu. 1. art. 5. vers. Quinto servus, A- bulensis c. 30. Num. 4. Gregor. Lopez. l. 3. verbo Servo tit. 8. p. 1. Resola in summa, verbo votum 2. num. 11. Angelus verbo votum 2. num. 7. D. Antonius 2. p. tit. 11. c. 2. §. 6. vers. Quar- to servi, Sylvester. verbo votum 4. q. 2. dicto 5. et verbo votum 3. q. 7. Setus lib. 7. de iustitia quæst. 3. art. 1. in solutione ad 2. Na- varr. summa c. 12. Hispana num. 65. et 74. Latina num. 64. in fine, Alcezar summa c. 16. ubi de potentibus irritare, conclusione 6. fol. 56. Margaria confessorum, ubi de irritatione voto- rum, fol. 135. pag. 1. in initio, Ludou. Lopez. 1. p. instrum. con- scientie c. 48. in initio Manuel. 2. tomo summa c. 91. num. penult. et ultimo, Sayro in clavi regia, lib. 6. c. 5. num. 7. et c. 10. num. 18. Azor. tomo 1. institutionum moralium, lib. 11. c. 17. q. 9. et c. 16. q. 8. Leonardus lib. 2. de iustitia c. 40. dubio 10. n. 32. Philar- cus de officio sacerdotis, tomo 1. p. 2. lib. 3. c. 18. in fine, Valentia 2. d. dy. 6. q. 6. punct. 6. quæst. ultima. col. penult. vers. Ad illud au- tem exemplum, Antonius Gomez in Bulla Cruciatæ, clausula 10. num. 74. et 75. Suarez tomo 2. de religione, tractatu de voto lib. 3. c. 7. nu. 29. et lib. 6. c. 3. num. 2. et 3. Vega 2. tomo summa c. 129. fol. 100.

Hinc deducitur primo, non posse dominum irritum reddere votum castitatis sui servi. Quod universi Doctores utriusque sententia fatentur. Nec obstat, si quis intendat hoc votum saltem ab ancilla emissam cadere in domini dantem, utpote quæ nubens conceperit servos domino. Quia ius non habet dominus ad ancillæ nuptias, sed liber- to ipsius ancillæ arbitrio relinquatur, an nuptias, an po- tuit vitam cœlibem eligat. Et ideo jns habet ad hanc Deo promittendam, velit, nolit dominus.

Secundo deducitur, nec posse dominum irritare votum servi aliarum orationum. Quia preces moderatè non ob- stant domini obsequio: nec ita illi adstrictus esse debet, ut penitus aliquantulum orare instrat Christiani non sibi liceat. Atque ita docent Sylvester. verbo votum 3. quæst. 7. Na- varr. summa Hispana cap. 12. num. 74. Azor. tomo primo instit. moralium, lib. 11. cap. decimo sexto quæst. 8. Durandus, Gregorius Lopez, Philareus, Margaria confessorum, Leonardus, Anto- nius Gomez, ubi num. 2. eos retuli, Suarez, eodem l. 6. c. 3. n. 3. Sayro in clavi regia, lib. 6. c. 10. num. 18. Et ideo Resola, et Angelus eodem num. 2. relati, et Manuel, 2. tomo summa c.

91. num. ultimo cautè dixere non integrum esse servo inde- penderet à domini voluntate votum nimias preces domi- ni obsequio præiudicantes, ut vel sic significandi posse mo- deratè votare, ex quibus non sequatur domino præiudi- cium. Poterit tamen dominus aliquando suspendere, ut si occupet servum eo tempore, quo preces illas promissas so- luturus erat: Nec enim servi votum potest impedire, ne omni tempore eum occupet dominus. Ut ex D. Thom. retu- limus num. 1. Insuper potest suspendere, quando ex se præ- iudicium non afferat, ad per accidens sunt causa illius. Ut si servus nimis scripulis vexatus immoretur longo tempore in brevi oratione, aut nimium illa delatigaretur. Quia Dico autem tunc posse suspendere, & non irritare. Quia ex se est permixtum id votum servo, nec est ius: quæ domino præiudicant: & ideo sola suspensio permitteret do- mino, sicut & heri respectu famulorum, quando vota fa- mili præiudicant obsequio.

Tertio deducitur, idem dicendum esse de votis jejunii, & abstinentiæ servi, nec enim omnia hæc poterit dominus irrita reddere, sed quando domini obsequium impediunt, ita servum debilitant, ut illi desit: fœcus quando ita mo- derata sunt, ut non præiudicent. Sic docent Paludanus, et Manuel, num. ultimo, Philareus, ubi eos n. 2. retuli, Suar- ez, lib. 6. c. 3. n. 2. Sayro eod. lib. 6. c. 5. n. 10.

Quarto deducitur, nec posse dominum irritare vota præceptorum à servis emissâ, ut audiendi sacri in foro, & similia. Quia in his non subditur dominus nec ipsi præiudi- cant. Ita Suarez eodem lib. 6. c. 3. num. 3. At quia possent aliqua vota rerum præceptorum obfari aliquando debito do- mini obsequio, Ut votum jejunandi diebus præcepti, quan- do dominus indigeret operi servi exculantibus à jejuniis, & idem de voto audiendi missæ in festis, posset suspendere vo- ti obligationem pro eo tempore festi etiam legitime excusa- retur à præcepto servus, & dominus non peccaret indigens iis servi operis.

Quinto deducitur, vota realia à servo emissâ posse à domino irritari. Quippe servus nil habet proprii, sed ejus operæ ars, industria, resque in bonis dominum nume- rantur. Insi. per quas personas nobis acquirit. S. tem. votis. et lib. regia 7. tit. 21. part. 4. Et ita docent Paludanus, Sup- plementum Gabrielis, Alcezar, Valentia, Azor, utroque loco, Sayro utroque loco ubi eos numer. 2. retuli, Suarez eodem c. 3. num. 5.

Sed hoc intelligendum est, nisi servi aliquid proprium possident, quod à domino auferri nequit. Quippe de eo possant votum emittere independentèr à domi- no, utpote quod ei non præiudicet. Et tenet Suarez ibidem.

Nec placet, quod dicit Antonius Gomez in Bulla Cru- ciatæ clausula 10. num. 75. nempe, hanc limitationem intel- ligendam, quando servus de eo peculio proprio modicam ele- emosynamvoerit. Nam si magam (inquit) possit do- minus irritare. Sed non placet: quia cum id peculium sub- sit omnino dispositioni servi, nil nocet domino, five parva, five magna sit elemosyna promissa, & ideo in neutro casu potest dominus.

Nec refert, ut possit dominus irritare votum reale servi carentis dicto peculio, si tale votum possit licite imple- ri à servo, dando quotidie minimum aliquid in elemosyna- nam, maxime fit ex iis, quæ servus sibi subtrahit ex concessis sibi à domino in proprium usum. Ut aliqui, quos tacito nomine refert Suarez ibidem, limitant. Sed optime ait, hanc exceptionem non esse necessariam. Quia id est sola presump- ta domini voluntate licet servo: & ideo potest dominus con- tradicere, & irritare.

An verò possit dominus univ[er]sa vota servi impuberis orbatu parentibus irritare, diximus cap. præcedenti num. 83. et 84.

Similiter de votis ante servitum emissis, an possit irritari, aut suspendi à domino: diximus cap. 31. nu- mero 14.

Vota autem præiudicantia domino, si indivisibilia sunt, potest dominus in totum irritare: si verò divisibilia, solum potest, quatenus sibi præiudicant. Ut in simili dixi- mus c. 24. num. 22.

Sed restat difficultas, an non solus vir, sed etiam uxor irritare valeat vota servorum? Ratio dubitandi est. Quia potest ille servus esse uxor. Ut fit ex paraphernis ejus bo- nis: potest etiam esse viri, aut communis utriusque conjugi, ut si sit constante matrimonio acquisitus, ubi sic acqui- sita dividuntur inter utrumque. Brevi respondeo non posse uxorem in Hispania, qualicumque sit servus ille. Ratio est, quia in hoc regno viri habet omnium bonorum admini- strationem, etiam paraphernorum. Ut constat ex l. regia 35. bodie l. 3. lib. 5. nova recep. Ad votorum præiudicantium ir- ritatio spectat ad bonorum administratorem. Ni votum id esset directè contra dominum, ut si servus promitteret ingres- sum religionis tunc enim non solus conjux administrans, sed etiam verus dominus possit. Sed ubi jns commune viget, ut bonorum paraphernorum non solum dominum, sed etiam administratio sit uxoris, si servus fit ex paraphernis uxoris bonis, pertinebit irritatio non ad virum, sed ad uxorem. Quando autem administratio esset ob longam viri absentiam relicta uxori, posset quoque ipsa irritare. At five ipsa admi- nistrat, five vir, poterit conjux non administrans suspendere

casta

am voti obligationem. Quia uterque potest quocumque tem- pore servum occupare.

Ex quo inferitur, quid dicendum, quando servus est filifamilias, De quo est ita significandum. Si servus sit il- lius peculium castrensè, vel quæ sit, tunc erit ipsius filii pu- beris irritatio votorum servi, secus si impubes sit. Quia quando est pubes, dominus, & administratio sunt ipsius filii: quando autem est impubes, solum dominum, admi- nistratio autem est patris. Ut probavi c. præced. num. 10. et 23. Si autem servus sit peculium adventitium filii, tunc ne- quibit filius, sed pater, qui horum bonorum est admi- nistrat. Quod si votum esset directè contra dominum, pos- set uterque pater, quia est administratio: filius quia verus est dominus. Quod si in eo servo adventitio pater non ha- beat usufructum, si poterit irritare, cui administratio il- lius peculii competit. Cui autem competat illa, illa, dixi c. præcedenti num. 39. 40. 42. Tandem si servus sit pecu- lium profecturum, solus pater in utroque casu irritare pos- set. Quia solus patris est dominum, & administratio ejus peculii.

Secundo inferitur, quod si servus sit pupillus, aut mi- noris, caretium patre, tutore, & curatore, erit ipse irri- rare. Si verò tutorem, vel curatorem habeat, horum tantum erit irritatio, utpote qui bona administrant. Quod si esset votum directè contra dominum, posset quoque ipse pu- pillus, aut minor.

Quod si impubes ille tutore caret matrem habeat, matris erit irritare. Quia tunc est loco tutricis, geritque universam impuberis curam, quamvis non sit verè tutrix. Si verò pubes sit, & curatore caret, nil potest mater. Jux- ta dicta c. præcedenti nu. 77. et 79.

Ultimo deducitur, si usufructus servi aliquo tem- pore ad quemdam pertinet, ad alium verò proprietatis, solus usufructuarius poterit eo tempore vota irritare. Quia so- lus est tunc administratio: nisi esset votum contra dominum tunc enim erit utriusque irritare.

Quod si petas utrius conjugis sit irritare vota servo- rum tempore divorit? Constat ex dictis solutio: nam cum uxori tunc restitatur dos, cum omnibus bonis suis, & medietate lucrorum. Ut constat ex c. 1. et 2. de donat. inter vir. et uxor. ubi notant Doctores, & alii quos refert, & se- quitur Gutierrez de jurament. 1. p. c. 1. num. 55. ille poterit irri- rare, cujus administrationi subest ille servus.

Tandem vota servorum, quæ irritari posse diximus, non reuincunt finita irritantis potestate, si ab illo irriten- tur. Ut diximus c. 26. num. 4.

De votorum dispensatione

CAPUT XXXVII.

Qualiter in Ecclesia sit potestas verè dispensandi in votis? Et qualis potestas ex parte dispen- santis, qualique subiectio ex parte ejus, cum quo dispensatur, petita sit?

SUMMARIUM.

Quotplex quæstio sit dispensanda? num. 1. Explicatur, in quo distat declaratio, et dispensatio, nu. 2. In Ecclesia est potestas dispensandi, nu. 3. An sit una dispensatio, an potes declaratio? Refertur quadam sen- tentia, nu. 4. Explicatur sententia Auctoris, nu. 5. Qualiter dispensari possit in iure naturali divino, quo votum obli- gat? Refertur quadruplex explicandi modus, ac improbat, à num. 6. usque ad 13. Explicatur sententia Auctoris, nu. 14. Solvuntur obiecta contra illam, nu. 15. Post nu. 15. invenies alia summaria.

Adenus egimus de primo modo, quo obligatio voti au- ferri potest, quæ est irritatio. Jam de secundo modo agendum est, qui est dispensatio, quæ qualiter ab irri- tatione, & commutatione differat, explicavimus c. 24. num. 2. In qua hunc ordinem servabimus. Primo loco agemus de potestate ipsa dispensandi in genere, & de requisitis par- te dispensantis, & ex parte ejus, cum quo dispensatur. Se- cundo loco, notemus quos fit ordinaria, & delegata, tam re- spectu secularium, quam regularum dispensandi in votis auctoritas. Tertio loco, de votis specialibus, in quibus dis- pensari potest, tam per prælatos seculares, quam regula- res. Ultimo loco, de circumstantiis petitis ad valorem dis- pensationis, ex parte formæ, qua dispensans usus est, & ex parte causæ petitiæ in eo, cum quo dispensatur, etiam- que veritatis explicatæ. Triplex ergo quæstio in hoc capi- te disputanda est. Prima, de veritate potestatis dispensandi in votis. Secunda, qualis potestas in dispensante exigatur. Ultima, qualis subiectio in eo, cum quo dispensatur.

Quæstio prima. An in ecclesia sit potestas dispensandi

in votis? Præmittenda est differentia inter declarationem non obligationis voti, & inter ejus dispensationem. Declaratio enim nullam voti obligationem auferit, sed tantum declarat votum ex se in eventu non obligare. Ut si quis votit certa die preces canonicas, atque ea die morbo gravi laboret de- claretque prælati alitve vir doctus, tunc votum illud non obligat: tunc enim neuter veram voti obligationem auferit, sed solum declarat eam ratione impotentia cessare. Quare non est actus iurisdictionis, nec potestatem aliquam pu- blicam exigit, nisi solum quando authenticè sit, sed potius est actus scientiæ. Dispensatio autem vera est, quando exi- stente causâ iusta dispensandi obligata auferit eam voti obli- gationem: Ut si quis periculo incontinentiæ sit expostus ob- graves carnis stimulos, quos patitur, non debilitat voto castitatis à se emissos, & prælati ex ea causâ in eo dispen- sant, auferens illius obligationem, quæ usque ad hanc dis- pensationem durabat. Quare est actus iurisdictionis, so- lissime illam habentibus competit. Ut à numero 26. declara- bimus.

Hac in re constat in Ecclesia esse potestatem dispen- sandi in votis. Quod constat ex frequenti, & diuturna Eccle- siæ consuetudine, quæ multis retro ab hinc seculari observa- tur. Quæ quidem collata est à CHRISTO Domino nostro Iesu Ecclesie, Matth. 16. ubi: Dasece ovium mearum: & ibi: Quod- cumque solueris super terram, erit solutum, & in cælis. Quæ verba cum generalia sint, debent intelligi de omni vinculo contracto ab homine erga Deum, quod rectè administratio Ecclesie solvi aliquando expedit. Sicut etiam in jis genera- libus verbis clauduntur potestas dispensandi merita, & iustitia- tiones Christi per indulgentiarum concessionem. Sic enim utrumque explicat universalis Ecclesie consuetudo. Atque id ratio suadet. Quia Christus Dominus Ecclesie ius in ne- cessariis ad rectam, perfectamque ejus administrationem non desinit, & ad consulendum spiritali fidelium salutem. At hæc ad hoc est necessaria dispensatio in votis. Ergo hanc potestatem Ecclesie contulit.

Punctus ergo difficultatis eo pertinet, an potestas hæc sit ad declarandum voti obligationem in casu cessare, an po- tius ad eam verè in eo casu existentem relaxandam. Qui- dam censent hanc voti obligationem relaxationem, sed solum non esse veram voti tunc obligantis declaratioem in eo eventu declarationem, qua prælati declarant votum in eo casu non obligare. Idque inde suaderi potest, quia cum in lege superioris inferior verè dispensare nequeat, sed tantum de- clarare eam in aliquo casu non obligare: & lex, qua votum obligat, sit divina naturalis, prælati Ecclesiastici, utpote qui Deo inferiores sunt, nequeunt eam obligationem rela- xare, sed tantum declarare eam in aliquo casu cessare. Et confirmatur, quia Pontifex nequit in iure divino naturali dispensare. Ut est concors ferè omnium sententia. Huius sententia videtur D. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 10. corpore, ubi ait dispensationem voti intelligendam esse instar dispensa- tionis in lege humana, quæ statuit respiciendo ad id, quod ut in plurimum est bonum sed quia contingit id in aliquo e- ventu non esse bonum, oportuit per aliquem determinari in eo casu eam non observandam esse. Et hoc, inquit, est pro- prie dispensare in lege. Et statim id applicans votum, sic ait: Similiter ite, qui vovet, quidammodo sibi statuit legem, obligans se ad aliquid, quod est secundum se, et ut in pluribus bonum: potest tamen contingere, ut in aliquo casu sit id simpliciter malum, vel inutile, vel minus boni impeditivum, quod est contra rationem ejus, quod cadit sub voto, et ideo necesse est, quod determinetur in tali casu votum non esse servandum. Et si qui- dem absolute determinetur aliquod votum non esse servandum, dicitur esse dispensatio voti. Et in solutione ad 2. sic ait: Auctoritate superioris dispensantis fit, ut hoc, quod continentur sub voto, non continentur, in quantum determinatur in hoc casu, hoc non esse congruum materiam voti. Ecce quam apte verbi- bus indica dispensationem esse solum declarationem, qua prælati declarat obligationem voti in eo casu cessare, eo quod materia apta voti sit reddita inepta. In quo casu nul- la voti delinuit obligatio, ante declarationem enim verè non obligabat. Atque eodem modo loquuntur Abulensis cap. 20. Num. 9. 102. et 103. et Cajet. in summa, verb. votum, c. de disp. voti, vers. c. Rationabilis autem, et Armilla verb. votum num. 13. ubi ajunt tunc locum esse dispensationi vo- ti, quando ejus executio reddita esset illicita, aut inutilis, aut impediens majus bonum. Quippe in his casibus votum verè non obligabat declaratione leclata. Et in propriis ter- minis docent Glossa c. Non est, verb. Auctoritate, de voto, et ibi Antonius num. 3. Card. c. Cum ad monasterium, num. nu- mico, de statu monach. Di. Bonan. 4. d. 38. art. 2. q. 3. Co- varr. de pæcis 1. q. §. 3. n. 3. vers. Tertio, Ferrara lib. 3. contra genes c. 124. col. penult. vers. Nec obstat hinc, et col. ult. vers. Ad 3. dicitur. Et satis indicant Paludanus 4. d. 38. q. 4. art. 4. conclus. 1. n. m. 37. in fine, D. Antonius 2. d. tit. 11. c. 2. §. 9. notabili 1. Sylv. verb. votum 4. qu. 3. dicto 3. ubi ajunt potius esse interpretationem votum, quam relaxationem.

At omnino tenendum est, esse propriam, & veram dispensationem relaxantem votum vinculum, quod ea subtila- verè obligabat. Probatur ex c. 4. de preterand. ubi: Super quo dicitur iniquator potius facile tueri, quando non tam

casta



var absolutio iuramenti necessaria, quam interpretatio requiritur. Ubi aperte Pontifex diligitur inter declarationem, & utrumque concedi posse, diciturque iugiter peti absolutio nem cum in eo casu iuramentum non obligat, & ideo non erat opus absolutioe, sed declaratione. Secundo, quia usus ecclesie hanc partem probat, frequentissima enim est ecclesie dispensatio in religionis, & castitatis voto ob incontinentie periculum ortum ex vocantis fragilitate. cum tamen a peram sit ea dispensatione secula votum obligare. Tertio, quia si dispensatio esset sola declaratio, quilibet doctus posset in voto dispensare, in eo melius prelati iudicio: potest enim quilibet doctus declarare, votum non obligare concurrentibus talibus circumstantiis. Quarto, quia si dispensatio esset sola declaratio, quilibet superiore dispensante ob aliquam causam, posset ob eandem, locum, vel cum alio dispensante, declarando tunc temporis id votum non obligare. Quinto, quia Doctores universi negant ecclesie potestatem dispensandi in iure naturali, cuius obligatio non indubia est voluntate humana: cum tamen eam concedant in voto, & iuramento, itaque de fide. At ea differentia non indubia est, si dispensatio esset sola declaratio. Nam in prioribus quoque preceptis est locus declarationi, Sicut Doctores declarant, preceptum non furandi non obligare in extrema furantis indignitas, nec preceptum non occidendi, & contra occidit esse necessaria ad propriam vitam tuendam, contra iniquum invadentem. Tandem, qui non satis ecclesie necessitibus esset consultum, relicta sola declarandi potestate. Quod raro ea necessitas accidit, ut seclusa verum dispensatione deobligat votum: Atque in his casibus conficienda, antea in prelati dispensante oritur, rarissimeque dispensare audeat. Et ideo hanc partem tulerunt Div. Thom. 4. d. 38. quest. 1. art. 4. quæstionibus prima corpore, & ibi Ricardus art. 9. quest. 1. corpore, & ad 1. d. 17. art. 2. quæstionibus 7. ad primum, Supplementum Gabrielis 4. d. 38. q. 1. art. 5. ubi de dispensatione votorum, scilicet in principio, & corollario primo, Hostiensis in summa tit. de voto, num. decimo sexto, & ad non 86. num. primo, eodem tit. de Abbas num. quinto. Proposuit, numero decimo, de confessione prelati. D. Antonianus 2. parte 17. tit. 1. c. 3. §. 9. Amplius column. ante finem, vers. Circa hanc materiam, Causa relictive de penitentia part. 5. ubi de precepto confessionis ad finem. Motta de penitentia tractatu de confessione quæstione de dispensatione super confessione revolvenda, in solutione ad 2. Sotus libro primo de iustitia, quæstione 7. art. 3. columna 4. vers. Ex qui fit in libro septimo, quest. 4. art. 1. columna 4. vers. actamen, Palacios 4. dist. 1. §. 1. §. 1. §. 1. quæst. 3. quæstio columnis ante finem, fol. 884. vers. Fori quoniam Suarez 2. tomo secundo, de religione, tractatu de voto, libro 6. c. 9. a. num. 6. Toledo libro 4. summa c. 18. numero penultimo, Angles floribus 2. p. quæstio unica de voto, art. 8. difficultate 1. conclusionem 1. Aragon. 2.2. quest. 88. art. 10. paulo post princip. & in secunda solutione argumentum contra primam conclusionem, Sayra in clavi regis, lib. 6. cap. 11. numero 9. Acor. tomo primo, inquisitionum moralium lib. 6. c. 1. quæstio 9. & lib. 11. c. 18. §. 5. Crasf. 1. part. distictionum, libro 2. c. 31. num. 18. & 20. & c. 32. num. 2. Valentia 2.2. disp. 6. quest. 6. puncto 7. columna 2. vers. Respondet, Leonardus lib. 2. de iust. c. 10. dubio 12. num. 98. Petrus de Ledsima 2. tomo summi tractatu 10. c. 18. in dubio 2. quod movet circa votum dispensationem, Henriquez 18. de Eucharistia c. 13. nu. 1. in commento litera R. & l. 7. de indulgentiis c. 23. num. 5. in commento litera Z. Valquez 1. 2. quest. 97. art. 4. disp. 178. nu. 10. & dupli sequenti. Et hanc partem clare supponit Caser. 2.2. quest. 88. art. 12. col. 4. vers. ad secunda quæstionem evidentiam, & prope finem.

6. Sed non modica superest difficultas in explicando modo, quo in hac iuris naturalis divini obligatione competentem voto dispensari valeat. Quintuplex est hoc declarandi modus. Primus est, id accidere eo quod in omni voto intelligatur conditio imbita, nisi prelati obligationem relaxarit, & ideo hoc relaxante cessat eius obligatio, quasi condicione deficiente. Sic Ricardus 4. d. 38. art. 9. quest. 1. ad 1. in fine, Crasf. 1. part. distictionum, lib. 2. c. 31. nu. 18.

7. Sed hunc explicandi modum reprobaui cum D. Th. hoc lib. 4. cap. 24. num. 18. quod ex eo optime deducitur, integram esse prelati, ad libitum, & abique causa, in votis subditorum dispensare: sicut ob eandem conditionem in votis subditorem imbitam, possunt valide superiores habentes potestatem dominativam ea ad libitum irritare. Quod si dicas conditionem imbitam esse, nisi prelati ex causa iusta dispensaret, est petere principium. Quippe ob id eandem conditionem in ipsis votis includi debet, quod lubditum voto suo potestati superiorum ad dispensandum in eo, præiudicare nequeat: hoc autem supponit ea potestate superiores gaudente: quod prelati difficultas petit, qualiter id accidere possit: cum obligatio voti sit divina naturalis.

8. Secundus explicandi modus est. Quamvis obligatio voti in communi sit de iure divino naturali, quotenemur vota exequi: non tamen peculiaris voti obligatio est de iure divino naturali, sicut obediens legibus humanis est de iure divino naturali, non tamen peculiaris lex humana obligat eo iure. Atque ideo possunt prelati in peculiaribus votis dispensare. Ita Covarr. cap. 2. in fine, d. 1. et sequen. Crasf. eodem n. 18. in fine.

9. At hic modus falsò negat obligationem cujuslibet pe-

culiaris voti esse de iure divino naturali. Quia cum votum sit frequentius persona priuata, nequiret sibi legem aliquam humanam obligantem imponere: imò nec si vovens principis, id posset: utpote, qui non habet vim cogendi seipsum. Sed obligatio voti oritur ex promissione humana qua posita ius divinum naturale adstringit idem Deo servare. Insuper si sola esset obligatio humana, valeret dispensatio abique causa.

10. Tertius dicendi modus est. Dispensare in voto non est dispensare in iure divino naturali, quo votum obligat. Quod dispensans in voto non relaxat jus naturale, quo id obligabat, & quod dicit, ut quædam manet votum, id obliget, seu tollit eius obligationem hoc modo. Quia voti obligatio pendet ex voluntate humana, atque ea stante est obligatio divina naturali? & ita ad hanc obligationem duplex causa concurrir: prior, & fundamentum, est voluntas humana vovens: posterior, ius diuinum naturale præscriptum id votum reddendum. At dispensans non auferit hanc posteriorem causam, nempe, ut dum id votum perseverat, non obliget, sed solam priorem, id est, obligationem, quatenus ex humana voluntate voluntate confurgit, quæ est quædam lex humana, Et ideo superior non dicitur legem divinam naturalem relaxare, sed humanam. Sicut quando superior dispensat in lege iur. non censetur dispensare in iure divino naturali, quod iuris superioribus legibus dicit obediendi, dum suam obligandi vim retinet: sed dispensatione auferit vim obligandi illi legis, qua ablati, aufertur indirecte, & per quandam consequentiam id ius divinum: & ideo verè in sua sola lege humana dispensat. Atque ita hunc modum tradunt D. Thom. 2.2. quest. 88. art. 10. ad 2. Crasf. 9. ad 1. Caser. eadem quæst. 88. art. 12. columna ante penultima, vers. ad secunda quæstionem evidentiam, Antonius c. 30. Num. 9. 102. Victoria de potestate Papa, & concilii, propositione prima in solutione ad 3. D. Antonianus 2. p. tit. 11. c. 2. §. 9. triplici col. ante finem, vers. Circa hanc materiam, Sotus lib. 10. de iustitia q. 3. art. 1. ad 2. Aragon. 2.2. quest. 88. art. 10. in fine, Valentia 1. 2. disp. 7. quest. 7. col. 2. vers. Atque hanc dispensationem, Sayra in clavi regis, lib. 6. c. 11. nu. 10. & dupli sequenti, Enrig. lib. 7. de indulgentiis c. 23. nu. 5. in commento, litera A.

11. At hic modus dupliciter. Primò, quia intelligi nequit, qualiter hoc sit in ea sola lege humana ab ipso vovente si ibi imposita dispensare. Tum quia nulla talis lex humana obligans reperitur in voto, nec ea reperiri potest. Ut nu. 9. probavimus. Tum etiam quia cum dispensatio in lege humana possit autoritate imponens concedi, & eius obligatio voluntate illius auferri, posset utique vovens, qui eius obligationis legislator fuit, se propria voluntate liberum ab ea reddere. Secundo, quia si esset in sola lege humana dispensare, valeret dispensatio in voto concessa abique causa. Sicut valet in exemplo adducto nuptiarum, pro contraria sententia. Tertio, quia semel voto emissio eius obligatio nullatenus a vovente voluntate pendet, sed à solo iure divino naturali. Prelati autem nequit auferre præteritum voluntatem: cum ad præteritum nulla sit potentia. Ergo nil aliud auferendum superest, nisi jus divinum naturale ortum obligans perolvere votum. Quarto, quia lex humana non dicitur obligare ex iure divino naturali, & ideo eius violator non dicitur hoc transgredi: est enim id iuris divini præceptum generale in omni superiore lege imbitum, nullamque specialem aliam obligationem imponens: alias transgressio legis humane contineret duplicem militiam: & ideo valida eius dispensatio non petit causam, sicut peti dispensatio in iure divino. Quæ secus se habent in voti transgressione, quæ solam violationis iuris divini naturalis militiam continet: atque voti dispensationis in eo petit causam. Ergo logè diverso modo est iudicandum de dispensatione in voto. Quinto, quia cum duplex ad voti vinculum voluntas concurrat, una cum duplex ad voti vinculum voluntas acceptans, & ius ex illa accitens, non potest prelati in illa obligatione humana dispensare, etiam illam auferendo, quia simul in iure divino dispenset. Et confirmatur, quia padam duplici voluntate iuratum nequit auferri, nisi aut mutua illa voluntate, aut altera superior auctri sit. Ergo nequit voluntas sua voluntate, quæ humana est, & interior divina, auferre illam voti obligationem.

12. Quartus dicendi modus est. Relaxatio, seu dispensatio in voto fit per remissionem promissionis factæ a prelati nomine Dei, ex facultate remittendi ab ipso accepta, & ideo prelati dispensans non dicitur dispensare in iure divino naturali, sed tantum nomine Dei cedere juræquisito Deo per votum. Quia lex divina naturalis voti solam petit immutabilitatem in voluntate promittentis, sine consensu Dei, cui promissio acceptata est: non autem illo consentiente, seu cedente iure, aut per seipsum, aut per vicarium suum. Sicut cedere promissioe, illamque remittens iurjurando sibi factam, non dicitur relaxare jus divinum naturale præscriptum iuramentum servandum: quia id præscribit solum, dum is, cui præstat, non remittit jus suum. Et ideo hunc modum amplectuntur Valquez 1. 2. quæst. 97. art. 4. disp. 178. num. 13. Leonard. 1. 2. de iust. c. 12. dubio 12. num. 99. Suarez tomo 2. de relig. tractatu de voto, l. 6. c. 9. numero 15.

13. Verum hic dicendi modus non satisfaciit difficultati. Primò, quia hic tollenda obligationis modus, five per ipsummet promissurium fiat, five per suam vicarium ex ipso potestate, non est verè dispensatio, sed valde improprè. Sicut remittens promissionem sibi factam non dicitur relaxare iuramentum, quo firmata est, aut in illo dispensare, nec si alicui hanc remissionem commisit, dicitur hic relaxare, aut dispensare, sed condonare, aut promissionem cedere. Sicut etiam confessorius absolvens vice Dei à peccatis, non dicitur dispensare indebitis Deo per peccata contractis, sed illa remittere. Quare non salvat potestas verè dispensandi in votis, & iuramenta relaxandi, relicta Ecclesie, atque dicendum est, textus, & Doctores dispensatione, & relaxatione utentes, loqui improprè. Secundo, quia non tollit principalem difficultatem. Quippe iuxta veriores sententiam Pontifex dispensare potest in matrimonio rato, & iuxta omnes in residentia Episcoporum. Cum tamen utraque obligatio fit iuris naturalis divini, Nec potest dici id fieri per condonationem juris acquirit Deo, qui in neutro casu promittitur aliquid Deo, nec cum ipso contrahitur, sed jus acquiritur per matrimonium ipsis contrahentibus, & per Episcopatum speciali illi Ecclesie, cuius ille est Episcopus. Nec potest dici tolli per superiore voluntatem illorum contrahentium, & Episcopi, ac Ecclesie illius specialis. Quia id utique procederet, si obligatio illa posset mutuo illorum consensu rescindi. At constar in neutro casu fuisse mutuum consensum. Ergo necessario dicendum est, relinquere Ecclesie facultatem dispensandi verè in aliquo iure divino naturali, & non solum condonandi juris Dei quaestio.

14. Ultimus dicendi modus est, (qui mihi placet) ut dispensatio in voto fit vera iuris divini naturalis relaxatio, & quod id votum obligat. Quippe concessa esse Ecclesie facultas à Christo Domino dispensandi, relaxando verè obligationem iuris divini naturalis orti ex voluntate humana, non dispensando in universum, ut id jus non obliget, sed in peculiari casu occurrente, relaxando eius obligationem ex causa iusta. Sicut Episcopo integrum est in legibus Pontificis summi se superiores dispensare, non in universum aliquid earum abrogando, sed in peculiari aliquo necessitate casu occurrente. Ut latissime probavi l. 8. de matr. disp. 6. a numero 5. usque ad 10. ubi etiam dixi nec in huiusmodi iure divino naturali posse semper, etiam in aliquo casu speciali dispensare, ut non potest in matrimonio consummato: ibi etiam probavi nec in solo huiusmodi iure divino possit aliquando dispensare. Sicut potest iuxta veriores sententiam dispensare in iure divino postposito celebrandi sub utraque specie, in remotissimis regionibus, ubi nulla esset vini copia, Et ibi regis tradita explicui, & probavi, in quo iure divino nunquam possit, & in quo possit aliquando, & solui contrarium probantia. Quo ad præsens, autem attiner, satis est dicere relictam esse Ecclesie facultatem dispensandi in casu speciali, quando obligationis radix est voluntas humana, nec aliunde urget ratio, ut ea facultas relinquì non debeat. Ut contingit in matrimonio consummato, cuius omnimoda indissolubilitas provenit ratione significationis, significat enim indissolubilem rationem cum Ecclesia unione per carnem assumptam. Ut probatur l. 2. de matr. disp. 13. numero 7. Et ideo ita huic difficultati satisfaciunt Causa relictive de penitentia, part. 5. ubi de præcepto confessionis, ad finem, Motiva de penitentia tractatu de confessione, quæstio de dispensatione super confessione revolvenda, in solutione ad 2. Acor. tomo 1. inst. moral. l. 6. c. 1. qu. 4. Petr. de Ledsima 2. tomo summi tractatu 10. c. 18. dubio primo ex ibi, quæ movet circa votum dispensationem, vers. Per ista doctrina. Et hoc idem est, quod ait Palacios 4. d. 38. disp. 5. quæstio columnis ante finem, vers. Porò quomodo, fol. 884. Et col. ult. ubi ait, non potest Pontifex dispensare in iure divino absoluto, sed quando obligat ex hypothese, quæ est hoc.

15. Sed contra hunc dicendi modum obicit Suarez c. 9. num. 9. Quod est contra legem naturalem, est per se intrinsecè malum, & ideo prohibendum. Quod autem tale est, nunquam potest non esse malum. Ergo nequit in eo dispensari. Secundo, quia obligatio voti fundatur in fidelitate Deo debita. At dispensari nequit, ut fidelitas Deo non servetur. Tandem, quia in dispensatione contra legem naturalem involvitur repugnantia contra naturalem honestatem. Sed ad primum respondeo, non omnia, quæ sunt contra legem naturalem, esse ita intrinsecè mala, ut in nullo casu liceant, sicut enim aliqua contra jus naturæ, quæ licet secundum se dedecet ea non implere, ad non continent perfectam, & omnimodam indecentiam, sed potest aliqua iusta causa occurrere, ut si indecentia præponderet, & ita oportet dispensare. Sicut furari, & detinere alienum, sunt intrinsecè mala contra legem naturæ, & tamen illud licet in extrema necessitate, hoc autem in aliquibus casibus. Dicitur tunc non concurrere circumstantias requisitas, ut jus naturale obliget à cum dispensatur in voto, eas concurrere: alia autem dispensationem non obligat, & sic nulla esset obligatio relaxatio. Fateor id ita esse, at similitudo in hoc consistit, ut sicut illa non sunt ita intrinsecè mala, ut mentiri, quod in nullo casu liceat, sed possunt concurrere circumstantie, quibus stantibus rigor præcepti leniatur, ita ut licet contractum facere, ita possunt tales concurrere in obligatione aliqui juris naturalis, ut voti, ju-

ramenti, matrimonii rati, residentie Episcoporum, ut ipsi non sufficiant ad auferendam eius juris obligationem, & sufficiunt tamen, ut prelati ex potestate à Christo accepta dispensent in ea obligatione. Ad secundum constat ex dictis sicut enim possunt concurrere circumstantie, ut vovens non teneatur eam fidelitate voto debitam Deo servare, Deo ita volente; ita possunt tales concurrere, ut ipse Deus velit eam non servari, dispensante prelati nomine eius, ne servetur. Ad tertium negatur in quacunque dispensatione contra legem naturalem in speciali aliquo casu, eam repugnantiam involvi, sed in aliquo iure naturali id semper est verum: in aliquo autem non, nisi quando univèrsaliter dispensaretur in illo, tollendo eum univèrsaliter.

SUMMARIUM.

Dispensatio an sit actus jurisdictionis spiritualis? nu. 16. An sit apud infideles? nu. 17. Et ibi an sit apud principes sacre? lars? An fuerit in lege naturali, aut scripta? nu. 18. An valeat concessa ab excommunicato? nu. 19. An possit committi clericis, sicut prima confessa? nu. 20. An possit committi laico, aut prescripione ab illo accipi? nu. 21. ubi, & de clericis conjugatis. An exigeret ad dispensandum jurisdictionis in foro externo? numero 22. Post nu. 22. invenies summaria, qua desiderantur.

16. Quæstio secunda. Qualis potestas ex parte dispensantis exigitur, ut dispensatio valida fit? Prima conclusio. Dispensatio non est actus ordinis, sed jurisdictionis spiritualis. Quod ex se constat, quia nullus est ordinis character ad hoc deputatus, & Episcopi confirmati, nondum tamen consecrati, nec sacerdotum insigniti dispensare possunt. Ut infra dicemus. Et autem actum jurisdictionis spiritualis, constat ex ejus origine, quam numero 3. explicuimus, & ex fine, qui merè spiritualis est, & exterior, quæ diuinum cultum, & honorem continet, & exitu, & traditione Ecclesie. Atque ita tradunt Paludanus 4. d. 38. g. 4. art. 4. conclusio 9. numero 47. D. Antonianus 2. p. tit. 11. cap. 2. §. 9. vers. Item penitentiarum, Leonardus lib. 2. de iustitia c. 20. dubio 12. num. 100. Imò esse actum jurisdictionis spiritualis Ecclesiastica, ait esse de fide Suarez tomo 2. de religione tract. de voto lib. 6. c. 10. nu. 1.

17. Hinc deducitur, hanc potestatem non esse apud infideles, imò nec apud principes secularis fideles. Quia est spiritualis, & Ecclesiastica, & circa materiam spiritalem. At potestas dispensandi in suis legibus civilibus, & circa res civiles, est in principibus secularibus, sive fidelibus. Quia ea est actus jurisdictionis civilis, quæ in eis reperitur. Quod a nemine negatur.

18. An verò fuerit in lege naturæ, aut scripta apud faceret, aut Pontificem, in illis legibus, non constat. Et videtur ratio adducta nu. 3. ad probandum eam esse in lege Evangelica, concludere eam quoque esse in illis. Quia erit illi fuerit imperfectiores lege Evangelica, at Deus nec etiam nature; nec ut auctor illius legis deficit in necessariis. Verum Suarez, eodem libro 6. c. 9. num. 19. & 20. licet aliquantulum dubius magis in eam partem inclinat, ut in neutra lege fuerit. Nec obstat ratio contraria. Quia media necessaria præcisè in neutra lege defecit: inter hæc autem non computatur potestas dispensandi: sed inter media necessaria ad perfectam, & consummatam gubernationem Ecclesie, qualis est in lege Evangelica, & ex his multa defere in duplici illa lege tamquam non omni ex parte consummata.

19. Secundo deducitur, dispensationem concessam a prelati excommunicato denunciato, aut notorio clerici percussore, esse irritam. Quia omnia pertinentia ad jurisdictionem per hos exercita sunt irrita. Ut probavi l. 2. de mortuis, disp. 22. num. 26. Ubi nu. 33. explicui, quando ratione communis erroris valeant gesta, nempe, si ille esset alibi denunciatus, aut notorius clerici percussor, in eo autem loco, ubi jurisdictionem exercet, est occultum, aut etiam in eodem loco fuisset denunciatus, aut ita notorius, at tantum temporis spatium pertransit, ut jam sit communis error illius censura: ratione tituli, & communis erroris impedimenti valent gesta per illum. Iuxta l. Barbarius ff. de officio pratoris.

20. Tertio deducitur, posse hanc facultatem competere iure ordinario, aut delegato, clerico solius primæ tonsuræ: quamvis immerito de hoc dubitarint Palud. 4. d. 38. g. 4. art. 4. conclusio 9. num. 47. & D. Antonianus 2. part. tit. 11. c. 2. §. 9. vers. Item penitentiarum. Quia cum non sit actus ordinis, nullum specialem ordinem requirit, sed solum, ut dispensans sit persona Ecclesiastica, ut vel sic capax sit jurisdictionis spiritualis: ad quod satis est prima tonsura. Id etiam constat, quia ea sola insignitis potest esse. Vicarius Episcopi, & habere potestatem excommunicandi, & absolvendi in foro externo ab excommunicatione. Ut ex praxi constat, & ab omnibus recipitur tractatu de excommunicatione. Et potest videri in Sayra de conscrip. lib. 1. c. 5. num. 8. & Suarez tomo 5. in 3. p. disp. 2. sectio 3. num. 11. ubi alios referunt. Ergo est etiam capax potestatis dispensandi, Et ita clare indicat Leonardus.



Ano lib. 2. de iustis. c. 40. dicitur 12. num. 100. vers. Secundo, ubi indistincte ait non exigi ordinem sacrum. Atque non exigi sacerdotium affirmat Sayro in clavi regia. libro 6. c. 11. n. 94. in fine.

23 Quarta dicitur, nec laicum, nec clericum conjugatum esse huius jurisdictionis capacem. Quia laicum non est persona ecclesiastica; nec reputatur clericus conjugatus persona ecclesiastica, nisi quo ad sola canonis, & fori privilegia, & hoc servatis quibusdam conditionibus declaratus in e. unico. de cler. conjug. in 6. & in Trid. sess. 23. de reform. c. 6. Et ideo non est capax jurisdictionis excommunicandi. Ut bene probant Sayro de censuris l. 1. c. 5. num. 12. Suarez tomo 5. in 3. parte disp. 2. sectione 3. num. 11. Ergo similiter neuterque capax potestatis dispensandi. Quare neuter potest potestatem hanc dispensandi quocumque temporis spatia prescribere. Sicut nec potest potestatem excommunicandi sic prescribere. Ut bene cum aliis tradunt Suarez ibidem, num. 12. & Sayro ibidem, num. 14. loquentes de laico. Quia utriusque potestatis est aequè uterque incapax. Nec tamen est uterque ita incapax, quin possit Pontifex solus eam potestatem utriusque committere. Ut de potestate excommunicandi committenda laico, tradunt Suarez ibidem num. 11. Et Sayro num. 15. ubi & alios referunt.

22 Secunda conclusio. Hæc dispensandi potestas solis prælati habentibus jurisdictionem in foro externo competit; sicut de potestate excommunicandi tradunt omnes. Quia utraque potestas pertinet ad externam ecclesiæ gubernationem. Et ita tradunt Leonardus lib. 2. de iustitia cap. 40. dicitur 12. num. 100. Sayro in clavi regia l. 6. cap. 11. num. 85. in fine, & 86.

SUMMARIUM.

- Exigitur subjectio spirituali dispensantis potestati ad dispensandum, num. 22. Non sufficit ratioe inveniendi mora, aut alia brevis in diœcesi dispensantis, num. 24. An exigitur domicilium in eo loco? Refertur duplex sententia, num. 25. & 26. Explicatur sententia Auctoris, num. 27. & 28. An cum hoc quoque possit Episcopus veri domicilii habitationis dispensare? num. 29. Quid de Episcopo domicilii originis? num. 30. Quis Episcopus cum vago dispensare valeat? num. 31. An Episcopus existens intra diœcesim possit dispensare cum subdito extra illam existente, aut cum solus Episcopus, aut cum uterque ab absenti ab illa? num. 32. An hæc dispensatio profici subdito extra territorium dispensantis? num. 33. An possit Prælatum cum subditis invitatis dispensare? Remissivè numero 34. An interna horum subditorum vota subjiciantur dispensationi? Remissivè numero 35. An catechumeni possit prælati indulgentias concedere, & in votis eorum dispensare? Refertur opinio, num. 36. Explicatur sententia Auctoris, num. 37. An cum hæcde possit dispensare in votis, in quibus poterat cum defuncto, quando illa sunt realia? Remissivè, num. 38. An semper possit prælati dispensare, loquendo de dispensatione impropria? num. 39. An possit uti dispensatione generali, quam subditis concedant? num. 40. An possit committere suo confessorio, ut cum ipse dispense in votis, vel aliis rebus, in quibus possunt cum subditis? Refertur opinio, num. 41. Explicatur sententia Auctoris, num. 42. An possit in istum velum secum proprie dispensare? Refertur duplex sententia, num. 43. & 44. Explicatur sententia Auctoris, num. 45. An possit etiam uti jurisdictione, commutando propria vota? num. 46.

23 Questio ultima. Qualis subjectio ad dispensationem petatur ex parte ejus, cum quo dispensandum est? Constat non esse necessariam subjectionem potestati dominativa; sed exigi subjectionem spirituali dispensantis potestati. Quia dispensatio hæc in votis est actus jurisdictionis solius spiritualis; at nulla jurisdictione potest exerceri nisi in subditos. Et ideo cum solus Pontifex hanc habeat in universos fideles utique orbis existentes, solus ille poterit cum omnibus illis dispensare: reliqui autem prælati cum solis sui territorii subditis. Quod universi fatentur.

24 Hæc autem subjectio non acquiritur solo transitu per dispensantis diœcesim, aut brevi mora in illa. Quia quamvis hæc sufficiant ad sacramenta confessionis, & communionis ibi percipienda, ratione consuetudinis generaliter introductæ; ea tamen quo ad dispensationem minime introducta est; utpote quæ non est tantæ necessitatis, ac illa sacramenta. Nec ea sola præsentia localis satis est ad continuandum domicilium, aut quasi domicilium petita ad hanc subjectionem. Ut dicemus rescripto numero sequenti. Quod est apud omnes certum, & docet Suarez tom. 2. de religione, tractatus de voto, lib. 6. c. 11. numer. 10.

25 Difficultas autem est; an exigitur constitutio veri domicilii, quæ acquiritur habitatione cum animo ha-

bitandi perpetuo in dispensantis diœcesi, ut ille valeat dispensare? Quidam hoc exigi affirmant, sicut ad ordines ibi percipiendos exigitur. Auctores, & fundamenta huius sententiæ retuli l. 3. de matrim. disp. 23. n. 11. Et cum ultra Auctores isti allegatos, tenet Suarez eodem c. 11. num. 11.

26 Sed diversum sentire videtur idem Suarez tom. 1. de relig. lib. 1. de dieb. festis cap. 24. numer. 6. Nam cum Navarr. §. in Levitico, notabili 32. §. incola numer. 43. dicit incolas appellari habitantes ad tempus incertum, vel ad annum, vel ad addeò magnum certum tempus, vel ad meritò debeant arbitrio prædentes haberi pro habitatoribus eius loci. Suarez prædictis locis ejus sententiam amplectens, ait id tempus incertum esse, quando est ad negotium, quod solet tardius, & citius expedit: at moraliter petit notabilem moram, qualis est quatuor, vel quinque mensium.

27 Sed quavis prima sententia sit valde probabilis: at probabilior estimo, quam amplexus sum eodem lib. 3. de matrim. dispensat. 22. numer. 12. & 13. ubique multis Doctoribus citatis, & rationibus probavi, solique contraria, & me allegans tenet Leonardus lib. 2. de iustitia cap. 40. dicitur 13. numer. 103. nempe, non exigi ad hanc dispensandi potestatem, ut fideles illi, cum quibus dispensandum est, comparantur domicilium verum in ea diœcesi cum animo habitandi ibi perpetuo, sed satis esse, si ibi habitent cum animo permanendi majori anni parte. Atque perinde est habere propositum existendi ibi tempore necessario ad negotium, quod regulariter, aut semper requirit ad minus majorem anni partem. Ut optimè notat Suarez num. præcedenti relat.

28 Quare non est opus expectare, ut hi majore anni parte in ea diœcesi habitent, sed statim ac habitare incipiunt cum animo habitandi eo tempore, censentur subditi ejus diœcesis ad obtinendam dispensationem ab Episcopo illius. Ut probavi ea disp. 43. num. 14.

29 Nec tamen ex hoc tollitur facultas coniugendi quoque ad Episcopum proprii domicilii, sed ad utramque coniugere integrum erit gratia huius dispensationis obtinende. Ut probavi ea disp. 23. in fine.

30 Non tamen satis est domicilium originis mutata illius habitatione, ut integrum sit Episcopo originis cum hoc dispensare. Quia hoc domicilium ad solos ordines percipiendos ab Episcopo originis prodest. Ut latè probavi lib. 3. de matrim. disp. 23. num. 7.

31 Si qui autem sint vagi, potest Episcopus, ubi inveniuntur, cum illis dispensare. Quia cum nulli domicilium habeant, foriuntur diœcesim, in qua tunc reperitur. Ut probavi lib. 3. de matrim. disp. 25. num. 5. ubi in præcedenti numero explicui, qui dicantur vagi. Et tenet Leonardus dicto dub. 13. num. 103.

32 Potest etiam Episcopus dispensare cum suis subditis exilientibus ad tempus extra diœcesim. Quia cum illi domicilium non mutant, est verus illorum prælati. Sic Alcezer summa c. 16. ubi de votorum dispensat. conclus. 5. §. 59. pag. 1. Suarez tomo 2. de relig. tract. de voto, lib. 6. c. 11. n. 10. Potest etiam ab Episcopo dispensari, quamvis extra diœcesim sit, cum subdito exiliente in diœcesi. Et ratio utriusque partis est, quia est iuridictio contentiosa petat utrumque intra terminos diœcesis esse; at voluntaria, qualis est dispensatio, potest extra diœcesim exerceri. Ut probavi lib. 3. de matrim. disp. 19. n. 8. Et tenet Suarez ibidem. Quæ ratio idem profus dicendum probat, est uterque extra diœcesim sit.

33 Atque ad dispensatio prodest, est subditus, cum quo dispensatum est, egerit territorium dispensantis. Et virtute dispensationis in voto abstinendi a matrimonio, potest ubique subditus ille absque voti transgressione illudinere. Ut latè probavi lib. 8. de matrim. 32. n. 17. contra alios, quos ibi n. 16. retuli.

34 An verò possit prælati dispensare, subditis nolentibus; diximus c. 24. n. 26.

35 An subditi etiam subjiciantur prælato, quo ad vota ignota, ita ut in eis possit prælati dispensare; diximus eod. c. 24. n. 39. & 40.

36 Sed specialis difficultas de catechumenis, an subjiciantur spirituali prælatorum potestati, ut in eorum votis dispensare valeant? Enriquez lib. 7. de indulgentiis c. 20. n. 8. docet forsan eorum vota posse à prælati commutari, aut dispensatione relaxari. Ducitur, quod in favorabilibus pertinet ad Ecclesiæ jurisdictionem. Sunt enim instar novitiorum religionis, in quorum votis prælati dispensare possunt. Secundo, quia catechumenis indulgentiæ proferunt. Ut testantur Navarr. §. in Levitico, notabili 30. n. 13. & notabili 31. n. 47. & notabili 32. n. 9. & ipsemet Enriquez eod. lib. 7. c. 18. n. 3. & fatetur esse probable Suarez 4. r. in 3. p. disp. 35. sect. nu. 8. At petunt etiam subjectionem spirituali concederent potestati.

37 Verum hæc sententia non placet. Præmo, quia satis dubius est indulgentiæ prodeste catechumenis, & possit illi concedi: & ideo jure optimo tenet Suarez eo num. 8. non posse. Secundo, quia ipsemet Enriquez eo c. 18. num. 3. fatetur acquire indulgentias concedi catechumenis per modum absolutiois, sed solum per modum suffragii &

38 An verò vota realia defuncti, quatenus eorum obligatio transit in heredes, subjiciantur dispensationi prælati, sicut in defuncto subjiciantur; dixi cap. 24. num. 56. & 57.

39 Denique superest tractandum, an ipsemet prælati subditi subjiciantur, ut ad potestatem secum dispensandi, & commutandi in iis omnibus, in quibus potest cum subditis, de qua re latissime egi lib. 8. de matrim. tota disputatio in tertio. Et ideo summariè referam, quæ ibi ad longum dixi, remittendo Auctores, & probationes in eum locum. Et quidem dispensatio est duplex. Quædam est proprie dicta, quæ est vera juris relaxatio, & solutio jurisdictionis. Alia est improprie, quæ potest diciur licentia quedam seu appositio conditionis petite in prohibitione. Ut quando regia non iudicis aliquid absoluit, sed fieri absque superioris licentia; tunc superior licentiam concedens non relaxat regulæ præceptum, sed solum conditionem petitam in regula appositam; nec ea licentia est proprie ad jurisdictionem, sed quajdam superioritatis. Si de impropria loquamur certissimum est posse prælati sui licentiam uti, quas suis subditis concedere potest. Quod latè probavi ea disputatio, ne 31. num. 1.

40 Si autem loquamur de dispensatione propria, dubitandum non est, quin quando in universum dispensant prælati cum subditis in aliqua lege est iusta causa, possint quoque ipsi ea dispensatione potiri. Ut si dispense prælati religiosis, ut totus conventus, vel Episcopus, ut tota civitas edat aliqua die cibos vitales, poterunt quoque idem ea dispensatione utentes, illis ea die vesci. Et tenet eodem disp. 3. n. 2.

41 Sed duplex est in hoc difficultas. Prior est, an possint prælati ius confessorio committere, ut cum illis dispense in iis votis, & aliis rebus, in quibus ipsi cum suis subditis possunt proprie dispensare? Suarez tomo 2. de religione, tractatus de voto, lib. 6. c. 11. num. 4. negat. Quia textus in c. Finalis, de potentia, & remissivè solum concedit his prælati potestatem eligendi confessores eos à peccatis absolventi, ad quam non sequitur potestas eligendi dispensantis in votis. Præterea, quia nemo dat quod non habet. At hi non possunt secum dispensare, ergo nec aliis committere, ut secum dispensent. Quare concludit, Episcopos, & alios prælatos immediate Pontifici subiectos, ipsum adituros, ut votorum dispensationem obtineant.

42 Cæterum eadem disp. 3. num. 3. latissime multis Auctoribus, & rationibus adductis probavi id posse. Et præter Doctores ibi allegatos tenet Palud. quem in alio etiam loco ibi allegavi 4. d. 38. q. 4. art. 1. concilii 8. num. 46. D. Anton. q. 1. ibidem quædam in alio loco retuli 2. p. tituli. c. 2. §. 9. vers. Item non potest, Enriquez, cujus alia loca ibi citavi lib. 14. de irregular. c. 18. in fine, Avila de censuris 7. p. dispensatione 10. dub. ultimo. Atque prædicta mea disp. 3. num. 3. retuli ex Mayo, & Sayro, & ipsemet Suarez declaravit congregationem Cardinalium, Episcopos incidentes in casu ipsius concessos erga subditos in Trid. sess. 24. de reform. c. 6. posse absolute, & dispensatione in sui ad ab ipso electi confessores uti. Atque ibi dixi non oportere, ut prælati illi sacerdoti fateatur, aut illi intendat fateri, sed satis esse, ut ipsi concedat absoluteionis sacramentalis impediendæ ipsi prælato licentiam, vel alias sacerdos ille jurisdictionem habeat audiendæ confessionis illius prælati, aut illum eligat ad hanc solum dispensationem faciendam. Quia iuridictio illa cum prælato dispensandi, sicut, & absolventi, ab ipso prælato emanat, vel à Pontifice, qui e. finali, de penit. & remissivè concessit prælati exemptis posse eligere confessores; quom textum ad dispensationes quoque concedendas extendi probavi eo num. 3. Et hinc manet soluta prior ratio contraria. Ad posteriorem autem potest responderi primò, hæc jurisdictionem accipere confessorios à Pontifice, eo ipso quod ab his prælati eliguntur. Ut proximè dixi. Et secundo potest negari non posse secum dispensare. Ut numer. 45. dicimus. Tertio potest dici, eam regulam. Nemo dat, quod non habet, si intelligatur de eo, quod nullatenus habet, esse ve-

riissimam: qui enim nullatenus habet potestatem dispensandi, aut absolventi, nequit eam concedere. At si intelligatur de non habente eam potestatem erga se, non est vera. Quia Pontifex nequit se sacramentaliter absolvere; at iuxta veterem sententiam confessorius ab ipso electus recipit ab eo facultatem absolventi ipsum.

43 Posterior difficultas est. An hi prælati possint secum dispensare verè, & proprie? in casibus, in quibus possunt cum subditis. Triplex est sententia. Prima id denegat etiam ipsi Pontifici. Cujus rationes, & Auctores retuli eadem disp. 3. num. 4. Et ultra Doctores ibi relatos, tenet Sayro in clavi regia lib. 6. c. 11. num. 107. & Suarez tomo 2. de relig. tract. de voto, lib. 6. c. 11. num. 4. unctio nu. 2. Nam num. 4. id negat prælati Pontifice inferioribus; & numero sequendo tantum dicit non esse impossibile posse Pontificem secum dispensare; atque ita clarè sentit oppositum esse verius.

44 Secunda sententia id soli Pontifici concedit. Eius Auctores, & rationes retuli eadem disp. 3. num. 5.

45 Tertia sententia (quam tamquam probabiliorè ibi amplexus sum, & nunc amplector) ait omnes prælatos seculares, & regulares, habentes jurisdictionem ordinariam dispensandi in votis, & aliis rebus, posse quoque secum dispensare in iisdem; imò & habentes jurisdictionem delegatam dispensandi in universum cum aliqua communitate, cujus ipsi sunt partes, secus quando quando habent limitatam dispensandi potestatem cum certis personis, aut cum certo personarum numero. Quæ omnia ibi probavi à numero sexto usque ad 17. & ibi numero, utriusque contrarias rationes.

46 Atque idem profus dicendum est de potestate commutandi propria vota, ut ea commutato est actus jurisdictionis spiritualis; possunt enim eam jurisdictionem in se-metipso exercere, commutando propria vota, quæ emissa à subditis possent commutare. Quia eadem profus est ratio.

CAPUT XXXVIII.

Quibus prælati competat ordinaria dispensandi in sæcularium votis potestas.

SUMMARIUM.

- An Pontifex, & concilium generale id possint? nu. 1. Quid de Cardinalibus? num. 2. Quid de legato Apostolico seu Nuncio? num. 3. Quid de summo Penitentiario summi Pontificis? num. 4. Quid de Episcopo, Archiepiscopo, Primatibus, & Patriarchis in suis diœcesibus? Refertur quedam sententia, num. 5. Explicatur sententia Auctoris, num. 6. Quid, si hi non sint consecrati, sed tantum electi, aut consecrati? num. 7. Quid, si Archiepiscopus nondum receperit pallium? Proponuntur probantia non posse, num. 8. Explicatur sententia Auctoris, & qua interdicantur Archiepiscopo ante pallii receptionem, num. 9. An Archiepiscopus possit dispensare cum subditis suffraganei? Refertur quedam sententia, num. 10. Explicatur sententia Auctoris, num. 11. Quid, si delegata dispensatione per suffraganeum appelletur ad Archiepiscopum? num. 12. Quid dum legitimo visitat diœcesim suffraganei Episcopi? Refertur quedam sententia, num. 13. Explicatur sententia Auctoris, num. 14. An possit dispensare in istis Episcopi suffraganei votis? Refertur quedam sententia, num. 15. Explicatur sententia Auctoris, num. 16. An capitulum solum vacante possit in votis dispensare? nu. 17. Quid de generalibus Episcoporum vicariis? num. 18. Quid de Abbatibus, & aliis prælati habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem? num. 19. Quid de Archidiaconis, Penitentiariis, & aliis prælati Episcopo inferioribus? nu. 20. Qualiter consuetudo prescripta, qua eam potestatem acquirere, sit interpretanda? num. 21. Quotum tempus ad eam prescriptionem exigitur? nu. 22. An magis scholarum Salamanicensis possit cum scholasticis dispensare? num. 23. An Ducechi possit in votis dispensare? Refertur quedam opinio, num. 24. Explicatur sententia Auctoris, num. 25.

1. Cum duplex sit dispensandi potestas, quedam ordinaria, quedam autem delegata, in præfati tractatus de potestate ordinaria dispensandi in votis sæcularium; & sequenti tradidit de potestate ordinaria dispensandi in votis regularium. Nec in hoc capite tractatur de votis, in quibus prælati dispensare valeant, sed de personis potentibus dispensare jure suo ordinario. Primò potest hæc si- prema est genus summum Pontificem, qui & in omnibus votis saltem simplicibus dispensare potest, & quedam sibi reservat. Dixi simplicibus, quia lib. sequenti, ubi de votis solem-